

Mazalová, Lucie

Odborné texty

In: Mazalová, Lucie. *Čítanka snadných textů ze středověké latiny*. 1. vyd. Brno: Masarykova univerzita, 2014, pp. 85-110

ISBN 978-80-210-6969-5; ISBN 978-80-210-6972-5 (online : Mobipocket)

Stable URL (handle): <https://hdl.handle.net/11222.digilib/130517>

Access Date: 16. 02. 2024

Version: 20220831

Terms of use: Digital Library of the Faculty of Arts, Masaryk University provides access to digitized documents strictly for personal use, unless otherwise specified.

XIV. Odborné texty

Do této kapitoly řadím ukázky ze speciálních odvětví, jako je teologie, filozofie, alchymie, sedm svobodných umění, právo, lékařství nebo zoologie.

Teologie

Ačkoli zde uvádím některé texty jako teologické a některé jako filozofické, přísné oddělování těchto dvou disciplín není při posuzování středověké tvorby vůbec jednoduché. Není se ostatně čemu divit, uvědomíme-li si, jak vypadal systém středověkého univerzitního vzdělávání. Pro odvětví teologie jsem vybrala ukázky z děl dvou významných a dostatečně známých autorů – Petra Lombarda a Tomáše Akvinského.

Petrus Lombardus (kolem 1095–1164) byl teologem, ale také filozofem a od r. 1159 pařížským biskupem.⁶³ Své nejvýznamější dílo – *Libri quattuor sententiarum*, které se stalo teologickou učebnicí středověku, která platila až do světové reformace,⁶⁴ dokončil pravděpodobně v roce 1151 nebo 1152.⁶⁵ Lombardus v tomto díle systematicky uspořádal vybrané výroky církevních Otců (o Bohu, Kristu, lidech atd.),⁶⁶ a to do čtyř knih – předmětem první knihy byla nauka o Bohu, předmětem druhé nauka o stvoření, předmětem třetí nauka o spáse a předmětem čtvrté nauka o svátostech a eschatologie.⁶⁷ Vznikly stovky výkladů tohoto díla.

V uvedených ukázkách Lombardus definuje strach – velmi důležitý pojem křesťanského myšlení. Ukázka obsahuje řadu biblických citací a aluzí, které jsou zvýrazněny uvozovkami nebo kurzivou. Úkol proto bude tentokrát obtížnější – nejen přeložit, ale také dohledat biblická místa, na něž se Lombardus odvolává.

Další ukázka se bude týkat teologie Tomáše Akvinského. Tomáš Akvinský (Thomas Aquinas, 1224/25–1274) se sice vzdělával v benediktinském klášteře Monte Cassino,

63 MRÁZ, M. Petrus Lombardus. In SLS, s. 459.

64 HÖDL, L. P. Lombardus. In *Lexikon des Mittelalters*. Band V, 1977. Stuttgart, Weimar 1999.

65 M. Mráz (v SLS, s. 459) uvádí jako pravděpodobné roky sepsání 1050–1052. De Ghellinck uvádí rozmezí let 1145–1151 (DE GHELLINCK, J. Peter Lombard. In CE. Vol. 11. New York 1911.).

66 V. Flajšhans v úvodu Svobodova českého překladu *Mistra Jana Husi Sebrané spisy III. Spisy latinské. Díl 3*. Praha: J. R. Vilímek, 1904, s. 5.

67 HEINZMANN, R. *Středověká filosofie*. Olomouc: Nakladatelství Olomouc, 2000, s. 145. ISBN 80-7182-105-5.

ale nakonec se stal významným dominikánem. Podobně jako Lombard byl teologem, ale i filozofem. Jeho dílo je typickým příkladem toho, že se filozofické a teologické prvky často prolínají i v celé řadě děl.⁶⁸ Pokud jde o teologii, *Summa theologiae* je považována za Akvinského nejvýznamnější a nejgeniálnější počín. Psal ji v letech 1267–1273, ale nedokončil ji. Ukázka se týká Akvinského postupného vymezování předmětu a postavení tzv. *doctrina sacra*. Jeho názor byl přitom ovlivněn tím, že se snažil najít vyvážený vztah mezi filozofií a teologií, obory, které podle něj potřebují samostatnost, avšak nestojí ani proti sobě.⁶⁹

Petrus Lombardus – *Libri quattuor sententiarum*

Liber III, dist. XXXIV, cap. 4. – O strachu

1. **Plena timorum distinctio.** Et quia de timore tractandi nobis occurrit locus, sciendum est quatuor esse timores, scilicet mundanum sive humanum, servilem, initialem, castum vel filialem sive amicalem. — Cassiodorus*. Humanus timor est, ut ait Cassiodorus, quando „timemus pati pericula carnis vel perdere bona mundi“; propter quod delinquimus. Hic timor malus est, qui „in primo gradu cum mundo deseritur“; quem Dominus prohibet in Evangelio dicens: *Nolite timere eos, qui occidunt corpus etc.*— Augustinus*. Timor autem servilis est, ut ait Augustinus, „cum per timorem gehennae continet se homo a peccato“, „quo praesentiam iudicis et poenas metuit et timore facit, quidquid boni facit, non timore amittendi aeternum bonum, quod non amat, sed timore patiendi malum, quod formidat. Non timet, ne perdat amplexus pulcherrimi Sponsi, sed timet, ne mittatur in gehennam. Bonus est iste timor et utilis“, licet insufficiens; per quem „fit paulatim consuetudo iustitiae“. — Et succedit initialis timor, quando „incipit, quod durum erat amari“, et sic incipit „excludi servilis timor a caritate“. — Et succedit deinde timor castus sive amicalis, „quo timemus, ne sponsus tardet, ne discedat, ne offendamus, ne eo careamus. Timor iste de amore venit. Ille quidem servilis est utilis, sed non *permanens in aeternum* ut iste“. „Timor divinus comes est per omnes gradus“.

(PETRUS LOMBARDUS. *Sententiae in IV libris distinctae*. Ed. I. Brady. Grottaferrata: Ed. Collegii S. Bonaventurae ad Claras Aquas, 1971–1981, liber III, dist. XXXIV, cap. 4, s. 192–193. Spicilegium Bonaventurianum 4–5.)

68 FLOSS, K. Petrus, Lombardus. In *Filosofický slovník*. Olomouc: Nakladatelství Olomouc, 1998, s. 413. ISBN 80-7182-064-4.

69 HEINZMANN, R. *Středověká filosofie*, s. 208–209, 226; FLOSS, K. Petrus Lombardus, In *Filosofický slovník*, s. 413–414.

Slovní zásoba

Spiritus, us, m. – Duch

tracto, are, avi, atum – zabývat se, probírat, pojednávat

occurro, ere, curri, cursum – namanout se, naskytnout se

castus, a, um – mravně čistý

perdo, ere, didi, ditum – zmařit, zničit

contineo, ere, tinui, — – držet na uzdě, zdržovat

prohibeo, ere, ui, itum – nepřipouštět, zakazovat

formido, are, avi, atum – hrozit se

caritas, atis, f. – láska

amplexus, us, m. – objetí

paulatim – pomalu

tardo, are, avi, atum – meškat

aeternum, i, n. – věčnost

2. **Collatio praedictorum.** Et attende, quod quatuor hic distinguuntur timores, cum supra Beda dixerit duos esse. Sed Beda humanum timorem praetermisit et nomine servilis duos, quos hic distinximus, complexus fuit, scilicet servilem et initialem. Amicalem vero castum dicit.

3. Augustinus quoque servilem et castum timorem aperte discernit, dum Epistolae ad Romanos illum locum exponit. Non enim accepistis spiritum servitutis iterum in timore, sed accepistis spiritum adoptionis filiorum Dei, ita dicens: „Duo timores hic insinuantur: unus, qui est in perfecta caritate, scilicet timor castus; alter, qui non est in caritate, id est servilis, in quo quamvis Deo credatur, non tamen in Deum; etsi bonum fiat, non tamen bene“. „Nemo enim invitus bene facit, etiamsi bonum est, quod facit“.

(PETRUS LOMBARDUS. *Sententiae in IV libris distinctae*. Ed. I. Brady. Grottaferrata: Ed. Collegii S. Bonaventurae ad Claras Aquas, 1971–1981, liber III, dist. XXXIV, cap. 4, s. 193–194. Spicilegium Bonaventurianum 4–5.)

Slovní zásoba

distinguo, ere, stinxi, stinctum – rozlišovat

praetermitto, ere, misi, missum – pomíjet, vynechávat

expono, ere, posui, positum – vykládat

insinuo, are, avi, atum – oznámit, sdělit

invitus, a, um – proti vůli

Tomáš Akvinský – *Summa theologiae*

Prima pars, Quaestio 1, Prooemium – O teologii (vymezení otázek)

Et ut intentio nostra sub aliquibus certis limitibus comprehendatur, necessarium est primo investigare de ipsa sacra doctrina, qualis sit et ad quae se extendat. Circa quae quaerenda sunt decem. Primo: de necessitate huius doctrinae. Secundo: utrum sit scientia. Tertio: utrum sit una vel plures. Quarto: utrum sit speculativa vel practica. Quinto: de comparatione eius ad alias scientias. Sexto: utrum sit sapientia. Septimo: quid sit subiectum eius. Octavo: utrum sit argumentativa. Nono: utrum uti debeat metaphoricis vel symbolicis locutionibus. Decimo: utrum Scriptura sacra huius doctrinae sit secundum plures sensus exponenda. (...)

(*Sancti Thomae Aquinatis Summa theologiae. Prima pars.* Madrid: La Editorial Catolica, 1956.)

Slovní zásoba

prooemium, ii, n. – úvod, začátek

intentio, onis, f. – pozornost, záměr

comprehendo, ere, prehendi, prehensum – pevně uchopit, upevnit

limes, itis, m. – mez, hranice

investigo, are, avi, atum – bádát

extendo, ere, tendi, tentum/tensum – vztahovat se

speculativus, a, um – spekulativní

practicus, a, um – praktický

subicio, ere, ieci, iectum – podřadovat

locutio, onis, f. – mluva, řeč

Scriptura, ae, f. sacra – Písmo svaté

sensus, us, m. – smysl

Articulus 2 – Otázka, zda je teologie vědou

q. 1 a. 2 arg. 1: AD SECUNDUM SIC PROCEDITUR. Videtur, quod sacra doctrina non sit scientia. 1. Omnis enim scientia procedit ex principiis per se notis. Sed sacra doctrina procedit ex articulis fidei, qui non sunt per se noti, cum non ab omnibus concedantur, *non enim omnium est fides*, ut dicitur II Thess. 3, 2. Non igitur sacra doctrina est scientia.

arg. 2: PRAETEREA scientia non est singularium. Sed sacra doctrina tractat de singularibus, puta de gestis Abrahae, Isaac et Iacob et similibus. Ergo sacra doctrina non est scientia.

Sed CONTRA est, quod Augustinus dicit, XIV De Trinitate, huic scientiae attribuitur illud tantummodo, quo fides saluberrima gignitur, nutritur, defenditur, roboratur. Hoc autem ad nullam scientiam pertinet nisi ad sacram doctrinam. Ergo sacra doctrina est scientia.

RESPONDEO dicendum sacram doctrinam esse scientiam. Sed sciendum est, quod duplex est scientiarum genus. Quaedam enim sunt, quae procedunt ex principiis notis lumine naturali intellectus, sicut arithmetica, geometria et huiusmodi. Quaedam vero sunt, quae procedunt ex principiis notis lumine superioris scientiae, sicut perspectiva procedit ex principiis notificatis per geometriam et musica ex principiis per arithmetica notis. Et hoc modo sacra doctrina est scientia, quia procedit ex principiis notis lumine superioris scientiae, quae scilicet est scientia Dei et beatorum. (...)

(*Sancti Thomae Aquinatis Summa theologiae. Prima pars. Madrid: La Editorial Catolica, 1956.*)

Slovní zásoba

procedo, ere, cessi, cessum – vycházet, postupovat

articulus, i, m. – článek

fides, ei, f. – víra

concedo, ere, cessi, cessum – připustit

singularis, e – týkající se jednotlivce, jednotlivý, jako subst. jednotlivost; non est singularium (gen. pl.) – netýká se jednotlivostí

tracto, are, avi atum – zabývat se, pojednávat

Trinitas, atis, f. – sv. Trojice

attribuo, ere, tribui, tributum – přiřadit

roboro, are, avi, atum – posilovat

pertineo, ere, tinui, — – týkat se

lumen, inis, n. – světlo

notifico, are, avi, atum – učinit známým

Articulus 5 – Srovnání teologie s jinými vědami

(...) q. 1 a. 5 ad 2: Ad SECUNDUM dicendum, quod haec scientia accipere potest aliquid a philosophicis disciplinis, non quod ex necessitate eis indigeat, sed ad maiorem manifestationem eorum, quae in hac scientia traduntur. Non enim accipit sua principia

ab aliis scientiis, sed immediate a Deo per revelationem. Et ideo non accipit ab aliis scientiis tanquam a superioribus, sed utitur eis tanquam inferioribus et ancillis; sicut architectonicae utuntur subministrantibus, ut civilis militari. Et hoc ipsum, quod sic utitur eis, non est propter defectum vel insufficientiam eius, sed propter defectum intellectus nostri; qui ex his, quae per naturalem rationem (ex qua procedunt aliae scientiae) cognoscuntur, facilius manuducitur in ea, quae sunt supra rationem, quae in hac scientia traduntur.

(*Sancti Thomae Aquinatis Summa theologiae. Prima pars.* Madrid: La Editorial Catolica, 1956.)

Slovní zásoba

indigeo, ere, gui, — (+ abl. nebo gen.) – potřebovat (něco)

immediate – bezprostředně

revelatio, onis, f. – zjevení

ancilla, ae, f. – služka

architectonica, ae (architectonice, es), f. – architektura, umění stavět

militaris, e – vojenský

defectus, us, m. – nedostatek

insufficientia, ae, f. – nedostatečnost

Filozofie

Jako jednoho z významných představitelů středověké filozofie lze uvést Anselma z Canterbury (Anselmus Cantuarensis, 1033/34–1109). Byl to italský benediktin, teolog a nakonec i arcibiskup v Canterbury.⁷⁰ Z jeho tvorby vybírám dílo *Proslogion* (= Oslovení), které sepsal pro řádové bratry a původně jej nazval *Fides quaerens intellectum*, což je výrok naprosto vystihující i obsah první ukázky. V ní se objevuje známý Anselmův výrok „credo, ut intelligam“, který se také někdy používá pro popis jeho filozofického či teologického programu. Další dvě ukázky jsou již aplikací tohoto programu a Anselmova zdůraznění jak víry, tak i rozumu. Jedná se o výňatky z Anselmova důkazu Boží existence (rovněž z díla *Proslogion*) a o alespoň krátkou demonstraci toho, jak Anselm hledá tzv. *unum argumentum* Boží existence.⁷¹

Další ukázka pochází z tvorby Rogera Bacona (Rogerus Bacon, kolem 1214–1292). Byl to anglický filozof, teolog, přírodovědec.⁷² *Opus maius* a *Opus tertium*, z něhož jsem vybrala ukázku pro další kapitolu, napsal pro papeže Klementa IV.⁷³ Ukázka z *Opus maius* dokládá důležitost zkušenosti a především samotného experimentu v procesu poznávání.

Anselm z Canterbury – *Proslogion*

Cap. 1 – Věřím, abych porozuměl

(...) Fateor, Domine, et gratias ago, quia creasti in me hanc imaginem tuam, ut tui memor te cogitem, te amem. Sed sic est abolita attritione vitiorum, sic est offuscata fumo peccatorum, ut non possit facere, ad quod facta est, nisi tu renoves et reformes eam. Non tento, domine, penetrare altitudinem tuam, quia nullatenus comparo illi intellectum meum; sed desidero aliquatenus intelligere veritatem tuam, quam credit et amat cor meum. Neque enim quaero intelligere, ut credam, sed credo, ut intelligam. Nam et hoc credo: quia nisi credidero, non intelligam.

(ANSELMUS CANTUARENSIS. *Proslogion*. In S. *Anselmi Cantuariensis archiepiscopi Opera omnia*. Vol. I. Ed. F. S. Schmitt. Edinburg: apud Thomam Nelson et filios, 1946, s. 100.)

70 MRÁZ, M. – VIDMANOVÁ, A. Anselmus Cantuarensis. In SLS, s. 94.

71 HEINZMANN, R. *Středověká filozofie*. Olomouc: Nakladatelství Olomouc, 2000, s. 170–175. ISBN 80-7182-105-5.

72 FLOSS, P. Bacon Roger. In *Filozofický slovník*, s. 42.

73 MRÁZ, M. Rogerus Bacon. In SLS, s. 507.

Slovní zásoba

fateor, eri, fassus sum – vyznávat

quia – že

cogito, are, avi, atum (+ak.) – pomýšlet (na něco), přemýšlet; Anselm byl přesvědčen, že člověk se nesmí svým úvahám vyhýbat

aboleo, ere, evi, itum – vymazávat z paměti

attritio, onis, f. – odírání, ničení

vitium, ii, n. – hřích, nectnost

offusco, are, avi, atum – zatemňovat

altitudo, inis, f. – výšina, vznešenost

nullatenus – nijak

intellectus, us, m. – porozumění

quaero, ere, sivi, itum – chtít, snažit se

Cap. 2 – Nutnost Boží existence

(...) Et quidem credimus te esse aliquid, quo nihil maius cogitari possit. (...) Nam cum pictor praecogitat, quae facturus est, habet quidem in intellectu, sed nondum intelligit esse quod nondum fecit. (...) Convincitur ergo etiam insipiens esse vel in intellectu aliquid, quo nihil maius cogitari potest, quia hoc, cum audit, intelligit et quidquid intelligitur, in intellectu est. Et certe id, quo maius cogitari nequit, non potest esse in solo intellectu. Si enim vel in solo intellectu est, potest cogitari esse et in re; quod maius est. Si ergo id, quo maius cogitari non potest, est in solo intellectu: id ipsum, quo maius cogitari non potest, est, quo maius cogitari potest. Sed certe hoc esse non potest. Existit ergo procul dubio aliquid, quo maius cogitari non valet, et in intellectu et in re.

(ANSELMUS CANTUARENSIS. Prosligion. In *S. Anselmi Cantuariensis achiepiscopi Opera omnia*. Vol. I. Ed. F. S. Schmitt. Edinburg: apud Thomam Nelson et filios, 1946, s. 101–102.)

Slovní zásoba

quo – v ablativu srovnávacím

cogito, are, avi, atum – myslet

pictor, oris, m. – malíř

praecogito, are, avi, atum – napřed promyslet, rozmyslet si

nondum – ještě ne

vel – již, aspoň

procul dubio – jistě, beze vší pochybnosti

Cap. 3 – Nelze myslet, že Bůh není

(...) Sic ergo vere est aliquid, quo maius cogitari non potest, ut nec cogitari possit non esse. Et hoc es tu, domine deus noster. Sic ergo vere es, domine, deus meus, ut nec cogitari possis non esse. Et merito. Si enim aliqua mens posset cogitare aliquid melius te, ascenderet creatura super creatorem et iudicaret de creatore; quod valde est absurdum. Et quidem quidquid est aliud praeter te solum, potest cogitari non esse. (...)

(ANSELMUS CANTUARENSIS. Prosligion. In *S. Anselmi Cantuariensis archiepiscopi Opera omnia*. Vol. I. Ed. F. S. Schmitt. Edinburg: apud Thomam Nelson et filios, 1946, s. 103.)

Slovní zásoba

merito – zaslouženě, právem

ascendo, ere, scendi, scensum – vyvýšit se

creatura, ae, f. – stvoření

creator/Creator, oris, m. – Stvořitel

absurdus, a, um – nesmyslný

Roger Bacon – *Opus maius***Pars sexta – De scientia experimentalis**

Cap. 1: (...) nunc volo revolvere radices a parte Scientiae Experimentalis, quia sine experientia nihil sufficienter scire potest. Duo enim sunt modi cognoscendi, scilicet per argumentum et experimentum. Argumentum concludit et facit nos concedere conclusionem, sed non certificat neque removet dubitationem, ut quiescat animus in intuitu veritatis, nisi eam inveniat via experientiae; quia multi habent argumenta ad scibilia, sed quia non habent experientiam, negligunt ea nec vitant nociva nec persequuntur bona. Si enim aliquis homo, qui nunquam vidit ignem, probavit per argumenta sufficientia, quod ignis comburit et laedit res et destruit, nunquam propter hoc quiesceret animus audientis, nec ignem vitaret, antequam poneret manum vel rem combustibilem ad ignem, ut per experientiam probaret, quod argumentum edocebat. Sed assumpta experientia combustionis certificatur animus et quiescit in fulgore veritatis. Ergo argumentum non sufficit, sed experientia.

(*The 'Opus maius' of Roger Bacon*. Vol. II. Ed. J. H. Bridges. Oxford: Clarendon Press, 1897, s. 167–168.)

Slovní zásoba

radix, radicis, f. – kořen

experientia, ae, f. – zkouška, pokus

sufficenter – dostatečně

conclusio, onis, f. – závěr

certifico, are, avi, atum – utvrdit

dubitatio, onis, f. – váhání, nejistota

intuitus, us, m. – pohled

scibilis, e – poznatelný, přístupný vědění

probo, are, avi, atum – dovozovat

comburo, ere, ussi, ustum – spálit

vito, are, avi, atum – vyhýbat se

combustibilis, e – hořlavý

assumo, ere, sumpsi, sumptum – přibírat

combustio, onis, f. – spálení

sufficio, ere, feci, fectum – stačit

Alchymie

Stejně jako v předchozí kapitole i zde uvádím ukázkou z díla Rogera Bacona, tentokrát z jeho *Opus tertium*. Bacon v tomto textu uvažuje o předmětu, užitečnosti a dělení alchymie.

Roger Bacon – *Opus tertium*

Cap. 12 – Předmět alchymie a její význam

Sed alia est scientia, quae est de rerum generatione ex elementis et de omnibus rebus inanimatis: ut de elementis et de humoribus simplicibus et compositis; de lapidibus communibus, gemmis, marmoribus; de auro et caeteris metallis; de sulphuribus et salibus et atramentis; de azurio et minio et caeteris coloribus; de oleis et bituminibus ardentibus et aliis infinitis, de quibus nihil habemus in libris Aristotelis; nec naturales philosophantes sciunt de his, nec totum vulgus Latinorum. Et quia haec scientia ignoratur a vulgo studentium, necesse est, ut ignorent omnia, quae sequuntur de rebus naturalibus; scilicet de generatione animatorum, ut vegetabilium et animalium et hominum; quia ignoratis prioribus necesse est ignorari, quae posteriora sunt. Generatio enim hominum et brutorum et vegetabilium est ex elementis et humoribus et communicat cum generatione rerum inanimatarum. Unde propter ignorantiam istius scientiae non potest sciri naturalis philosophia vulgata, nec speculativa medicina, nec per consequens practica.

(ROGER BACON. *Opus tertium*. In *Fr. Rogeri Bacon Opera quaedam hactenus inedita*. Vol. I. Ed. J. S. Brewer. London: Longman, Green, Longman and Roberts, 1859, s. 39.)

Slovní zásoba

generatio, onis, f. – vznik

elementa, orum, n. – prvky; srov. např. vývoj představ v antické filozofii

lapis, idis, m. – kámen

gemma, ae, f. – drahokam

metallum, i, n. – kov

sulphur, uris, n. – síra

sal, salis, m. – sůl

atramentum, i, n. – černidlo (skalice modrá)

minium, ii, n. – surová rumělka, později i suřík, kterým se rumělka nahrazovala
 vegetabilis, e – rostlinný; vegetabilia, ium, n. – rostliny
 brutus, a, um – nerozumný, přenes. zvíře

Dělení alchymie a další doklad její užitečnosti

(...) et haec scientia est alkimia speculativa, quae speculatur de omnibus inanimatis et tota generatione rerum ab elementis. Est autem alkimia operativa et practica, quae docet facere metalla nobilia et colores et alia multa melius et copiosius per artificium, quam per naturam fiant. Et hujusmodi scientia est major omnibus praecedentibus, quia majores utilitates producit. Nam non solum expensas et alia infinita reipublicae potest dare, sed docet invenire talia, quae vitam humanam possunt prolongare in multa tempora, ad quae per naturam produci potest. Sed nos morimur citius longe, quam deberemus, et hoc propter defectum regiminis sanitatis a juventute et propter hoc, quod patres nostri dant nobis complexionem corruptam, propter eundem defectum regiminis sui; unde senectus citius contingit et mors ante terminos, quos Deus constituit nobis.

(ROGER BACON. Opus tertium. In *Fr. Rogeri Bacon Opera quaedam hactenus inedita*. Vol. I. Ed. J. S. Brewer. London: Longman, Green, Longman and Roberts, 1859, s. 40.)

Slovní zásoba

alkimia (= alchymia), ae, f. – alchymie; výraz alkimia (rovněž alquimia, alchimia, alchemia), pocházející z arabštiny, se začal v evropském prostředí používat ve 12. st.⁷⁴
 speculor, ari, atus sum – zkoumat
 operativus, a, um – tvořivý
 artificium, ii, n. – umění, nauka
 praecedo, ere, cessi, cessum – předcházet
 invenio, ire, veni, ventum – (vy)nalézat
 defectus, us, m. – nedostatek
 sanitas, atis, f. – zdraví
 complexio, onis, f. – tělesná konstituce

74 HAAGE, B. D. *Středověká alchymie*. Přel. R. Fialová. Praha: Vyšehrad, 2000, s. 13–14. ISBN 80-7021-471-6.

Septem artes liberales

Svobodná umění (*artes liberales*) měla významné postavení již v antice (srov. např. Marcus Terentius Varro – *Disciplinae* z 2.–1. st. př. Kr.). Pojem *ars* v antice a poté ani ve středověku neznamenal umění v dnešním slova smyslu, ale znamenal nauku, která vymezuje úzká pravidla. Boëthius rozdělil svobodná umění, jejichž počet se na sklonku antiky ustálil na sedmi, do dvou skupin – na tzv. trivium (rétorika, gramatika, dialektika) a kvadrivium (matematika, geometrie, astronomie, musika). Významně ovlivnil vývoj a popularizaci *artes* také na počátku 5. st. Martianus Minneius Capella Felix svým dílem *De nuptiis Philologiae et Mercurii*, do něhož zahrnul sedm svobodných umění jako celek a dovedl výklad o nich do takové podoby, která se stala výchozí pro středověké autory včetně Isidora ze Sevilly (Isidorus Hispalensis, mezi 560 a 570 – 636),⁷⁵ z jehož velkolepého encyklopedického díla *Etymologiae* budou následovat ukázky. V nich Isidor vysvětluje názvy a popisuje obsah jednotlivých umění. Isidor na tomto díle, v němž se svobodnými uměními zabývá v prvních třech knihách, pracoval několik desítek let. Na konci života jej předal, ačkoli stále nespokojen, ke korektuře blízkému příteli biskupu Braulionovi, který text rozčlenil do dvaceti knih.⁷⁶ V tomto krátkém přehledu však nesmím pro toto období opomenout zmínit ještě jednoho Isidorova předchůdce – Cassiodora – jehož *Institutiones divinarum et saecularum litterarum* představují první křesťanskou příručku církevních věd a laických *artes*.⁷⁷

Isidor ze Sevilly – *Etymologiae*

Liber I/1 – De grammatica

Grammatica est scientia recte loquendi et origo et fundamentum liberalium litterarum. Haec in disciplinis post litteras communes inventa est, ut iam qui didicerant litteras, per eam recte loquendi rationem sciant. Grammatica autem a litteris nomen accepit. Γράμματα enim Graeci litteras vocant. Ars vero dicta est, quod artis praeceptis

75 Vše úvod J. Kalivody k vydání ISIDOR ZE SEVILLY. *Etymologiae I-III*. Přel. D. Korte, Praha: Oikoyomenh, 2000, s. 39–40. A. Vidmanová v SLS na s. 337 uvádí rok narození 561.

76 Tamtéž, s. 27.

77 CURTIUS, E. R. *Evropská literatura a latinský středověk*. Praha: Triáda, 1998, s. 50–53. ISBN 80-86138-07-0.

regulisque consistat. Alii dicunt a Graecis hoc tractum esse vocabulum ἀπό τῆς ἀρετῆς, id est a virtute, quam scientiam vocaverunt.

(*Isidori Hispalensis episcopi Etymologiarum sive Originum libri XX.* Ed. W. M. Lindsay. Oxford: E typographeo Clarendoniano, 1911, Liber I/1; pozn. edice nemá strany.)

Slovní zásoba

litterae, arum, f. – nauky, vzdělanost, učenost

ratio, onis, f. – způsob

praeceptum, i, n. – návod

consisto, ere, stiti, — – zakládat se (na něčem)

traho, ere, traxi, tractum – přejímat, přisvojit si

Liber II/1 – De rhetorica eiusque nomine

Rhetorica est bene dicendi scientia in civilibus quaestionibus, [eloquentia copia] ad persuadendum iusta et bona. Dicta autem rhetorica Graeca appellatione ἀπό τοῦ ῥητορίζειν, id est a copia locutionis; ῥῆσις enim apud Graecos locutio dicitur, ῥήτωρ orator. Coniuncta est autem Grammaticae arti Rhetorica. In Grammatica enim scientiam recte loquendi discimus; in Rhetorica vero percipimus, qualiter ea, quae didicimus, proferamus.

(*Isidori Hispalensis episcopi Etymologiarum sive Originum libri XX.* Ed. W. M. Lindsay. Oxford: E typographeo Clarendoniano, 1911. Liber II/1.)

Slovní zásoba

quaestio, onis, f. – vyšetřování, případ

coniungo, ere, iunxi, iunctum – spojit

percipio, ere, cepi, ceptum – učit se, poznávat

profero, ferre, tuli, latum – mluvit, říkat, citovat

Liber II/22 – De dialectica

Dialectica est disciplina ad disserendas rerum causas inventa. Ipsa est philosophiae species, quae Logica dicitur, id est rationalis definiendi, quaerendi et disserendi potens. Docet enim in pluribus generibus quaestionum, quemadmodum disputando vera et falsa diiudicentur. Hanc quidam primi philosophi in suis dictionibus habuerunt, non tamen ad artis redegere peritiam. Post hos Aristoteles ad regulas quasdam huius doctrinae

argumenta perduxit et Dialecticam nuncupavit pro eo, quod in ea de dictis disputatur. Nam λεκτόν dictio dicitur. Ideo autem post Rhetoricam disciplinam Dialectica sequitur, quia in multis utraque communia existunt.

(*Isidori Hispalensis episcopi Etymologiarum sive Originum libri XX.* Ed. W. M. Lindsay. Oxford: E typographeo Clarendoniano, 1911. Liber II/22.)

Slovní zásoba

dissero, ere, serui, sertum – rozebírat (řeči), vykládat (podle pravidel logiky)

species, ei, f. – druh

quaero, ere, sivi, situm – vyhledávat, dotazovat se, zkoumat

quemadmodum – jak, kterým způsobem

disputo, are, avi, atum – rozvažovat, hovořit, rozebírat

diiudico, are, avi, atum – rozeznávat

dictio, onis, f. – promluva, přednáška, přednášení (obhajoba)

habeo, ere, ui, itum – ovládat

nuncupo, are, avi, atum – nazývat

Liber III/praefatio – De mathematica

Mathematica Latine dicitur doctrinalis scientia, quae abstractam considerat quantitatem. Abstracta enim quantitas est, quam intellectu a materia separantes vel ab aliis accidentibus, ut est par, inpar, vel ab aliis huiuscemodi in sola ratiocinatione tractamus. Cuius species sunt quattuor: id est Arithmetica, Musica, Geometria et Astronomia. Arithmetica est disciplina quantitatis numerabilis secundum se. Musica est disciplina, quae de numeris loquitur, qui inveniuntur in sonis. Geometria est disciplina magnitudinis et formarum. Astronomia est disciplina, quae cursus caelestium siderum atque figuras contemplatur omnes atque habitudines stellarum.

(*Isidori Hispalensis episcopi Etymologiarum sive Originum libri XX.* Ed. W. M. Lindsay. Oxford: E typographeo Clarendoniano, 1911. Liber III/praefatio.)

Slovní zásoba

doctrinalis, e – teoretický; srov. doctrina, ae, f.

considero, are, avi, atum – rozvažovat

accidens, entis – nahodilý, naskytující se smyslům; ve filozofické terminologii se na základě tohoto významu běžně překládá jako akcident nebo případdek (od accido, ere, cidi – přihodit se, připadnout)

par, paris – sudý

tracto, are, avi, atum – zabývat se, probírat

ratiocinatio, onis, f. – úsudek

numerabilis, e – (s)počitatelný

sonus, i, m. – zvuk, tón

sidus, sideris, n. – souhvězdí, hvězda

contemplor, ari, atus sum – pozorovat

stella, ae, f. – hvězda

Právo

Ukázky z oblasti práva pocházejí z brněnské právní knihy. První ukázka je výňatkem ze souboru privilegií, konkrétně z úvodního privilegia českého krále Václava I. z ledna r. 1243 pro město Brno, které je považováno za nejstarší obsáhlý soubor městského práva v českých zemích.⁷⁸ Druhá ukázka pochází z druhé části právní knihy, tj. z jejího jádra.

Právní kniha města Brna (z pol. 14. st.)

Iura originalia – o dokazování vraždy

(3) Si autem homicida deprehensus fuerit in ipso actu cum gladio cruentato et si iudex hoc probare poterit cum sex idoneis ac honestis personis et uno iurato, capite puniatur; si vero iudex predictas personas non habuerit ad probandum, probet metquintus, duobus videlicet iuratis et aliis duobus honestis viris, ita ut de predictis sex viris vel de quatuor sequentibus nullus inimicus vel emulus extiterit interfectoris, capite puniatur.

(*Právní kniha města Brna z poloviny 14. století I.* Ed. M. Flodr. Brno: Archiv města Brna, 1990, s. 142–143. ISBN 80-7029-041-2.)

Slovní zásoba

homicida, ae, m. – vrah

deprehendo, ere, hendi, hensum – chytit

cruentatus, a, um – krvavý, zkrvavený

probo, are, avi, atum – dokázat

iuratus, a, um – vázaný přísahou

predico, ere, dixi, dictum – předesílat, napřed se zmiňovat

emulus = aemulus, a, um – soupeřivý, závistivý

Iura originalia – o potrestání vraha, který se nedostavil k soudu

(4) Si autem homicida legitimis citatus edictis coram iudicio non comparuerit, iudex eum proscriptum denunciaret et prima pars bonorum suorum iudici, altera pars

⁷⁸ *Iura originalia civitatis Brunensis. Privilegium českého krále Václava I. z ledna roku 1243 pro město Brno.* Ed. M. Flodr. Brno: SNIP, 1993, s. 29. ISBN 80-85765-01-2.

actoribus, tertia vero cedat liberis et uxori; verum si liberis et uxore careat homicida, qui proscriptione dampnatur, prima pars bonorum suorum iudici, altera pars actoribus, tertia vero ecclesiis egentibus et ad vias reformandas de communi consilio impendatur.

(*Právní kniha města Brna z poloviny 14. století I.* Ed. M. Flodr. Brno: Archiv města Brna, 1990, s. 143. ISBN 80-7029-041-2.)

Slovní zásoba

edictum, i, n. – nařízení

compareo, ere, parui, — – ukazovat se, objevovat se

proscribo, ere, scripsi, scriptum – vyhlásit někoho za psance

denuncio = denuntio, are, avi, atum – veřejně vyhlásit, oznámit

actor, oris, m. – žalobce

impendo, ere, endi, ensum – vynakládat

Iura originalia – délka vrahova vyhnanství

(5) Igitur, quicumque pro homicidio in proscriptionem devenit, in ipsa per annum et diem omnium interventu destitutus et auxilio permanebit. Decrevimus eciam, ut quicumque propter homicidium dampnetur exilio, finito anno et die nequaquam civitatem intrabit, antequam marcam argenti civitati assignet.

(*Právní kniha města Brna z poloviny 14. století I.* Ed. M. Flodr. Brno: Archiv města Brna, 1990, s. 143. ISBN 80-7029-041-2.)

Slovní zásoba

interventus, us, m. – zásah, přímluva

destituo, ere, stitui, stitutum – zbavovat, připravovat (o něco)

marca, ae, f. – hřívna

assigno, are, avi, atum – dát

Iura originalia – o odplatě za zranění

(9) Nunc de vulneribus duximus adnectendum. Si quis civium alicui manum amputaverit vel pedem aut nasum aut aliquod [nobile] membrum abstulerit, iudici

pro pena quinque talenta solvet, passo dampnum [X talenta] componet; si vero, qui dampnum fecit, denarios habere non poterit, secundum legem iudicetur de ipso: oculum pro oculo, manum pro manu et sic de ceteris membris; si fieri vult inculpabilis, probet innocenciam suam metsecundus probabilium virorum et uno iurato; et si non poterit hos habere, probet metseptimus probabilium virorum et liber sit.

(*Právní kniha města Brna z poloviny 14. století I.* Ed. M. Flodr. Brno: Archiv města Brna, 1990, s. 143. ISBN 80-7029-041-2.)

Slovní zásoba

adnecto, ere, nexui, nexum – připojovat

amputo, are, avi, atum – uřezat, useknout

pes, pedis, m. – noha

nasus, i, m. – nos

talentum, i, n. – talent

solvo, ere, solvi, solutum – zaplatit

dampnum = damnum, i, n. – pokuta, ztráta, škoda

probabilis, e – spolehlivý, důvěryhodný

Sentencie subscriptae in diversis locis – jaký má být soudce

Iudex in officio suo non debet esse gravis hominibus et onerosus.

Debet etiam esse a violencia et a cupiditate remotus, eo quod violencia est legibus inimica et acceptio munerum est prevaricatio veritatis.

In iudice etiam non debet ira et furor, sed tantum ratio dominari. Non enim ira viri dei iusticiam operatur. Unde nichil debet iudex iudicare furoris tempore, sed cum est in mentis tranquillitate. Nam restringenda est sub ratione potestas, nec quitquam agendum, priusquam mens commota ad quietem redeat, et quod commocionis tempore iustum putat esse omne, quod facit.

Debet quoque iudex incompositos disciplinare et precipue noctis tempore ad intercipiendum furta et maleficia cum sua familia civitatem hinc inde per transeundo custodire, ad quod iurati eorum sibi prebebunt auxilium cum effectum.

(*Právní kniha města Brna z poloviny 14. století I.* Ed. M. Flodr. Brno: Archiv města Brna, 1990, s. 280–281. ISBN 80-7029-041-2.)

Slovní zásoba

officium, ii, n. – úřad, zaměstnání

onerosus, a, um – despotický

munus, eris, n. – dar

prevaricacio = praevaricatio, onis, f. – prohřešení, porušení povinnosti

dominor, ari, atus sum – vládnout, panovat

operor, ari, atus sum – dělat

tranquillitas, atis, f. – klid

commotus, a, um – podrážděný, rozčilený

incompositus, a, um – v nepořádku, bez pravidel

disciplino, are, avi, atum – kárat, trestat

intercipio, ere, cepi, ceptum – zachytit, přerušit, zamezit

Lékařství

Křišťan z Prachatic (Cristannus de Prachaticz, před 1370–1439) byl děkanem a rektorem Karlovy univerzity, astronomem, matematikem, lékařem, farářem a kazatelem kostela sv. Michala na Starém Městě v Praze.⁷⁹ Náledující ukázkou vybírám z jeho lékařského díla, v němž pojednává o problematice pouštění krve – *De sanguinis minucione*. Tento traktát je napsán podle schématu, které bylo při zpracování této tematiky obvyklé, a obsahuje tedy oddíl o samotné flebotomii (a hematoskopii), o pouštění krve pomocí baněk a pomocí pijavic.⁸⁰

Křišťan z Prachatic – *De sanguinis minucione*

In nomine Domini amen. Quia multitudo hominum utriusque sexus solet sepius facere venarum apercionem pro sanguinis minucione et nescientes nec observantes ea, que necessario requiruntur ad debitam et bonam sanguinis minucionem, quapropter non erit inutile sentencias tam medicorum, quam astronomorum de hac materia scribencium in unum compendium comportare. Et quia triplici modo solet fieri venarum apercio pro sanguinis minucione, scilicet per fleubotomiam tantum vel cum ventosis aut cum sanguisugis, de hoc ergo triplici modo est dicendum. (...)

(*Cristannus de Prachaticz. De sanguinis minucione*. Ed. H. Florianová-Miškovská. Pragae: Oikoymenh, 1999, s. 2. ISBN 80-86005-68-2.)

Slovní zásoba

apercio (apertio), onis, f. – otevření

vena, ae, f. – žíla

minucio, onis, f. + sanguinis – pouštění krve

requiro, ere, quisivi, situm – požadovat

quapropter – a proto

triplex, plicis – trojitý

fleubotomia (flebotomia, phlebotomia), ae, f. – naříznutí žíly; z řec. φλέψ = žíla a τέμνω = řežu; srov. Isidorovu definici skalpelu k naříznutí žíly: „Phlebotomum ab incisione vocatum, nam incisio Graece τομή dicitur.“⁸¹

79 VIDMANOVÁ, A. Cristanus de Prachaticz. In SLS, s. 200–201.

80 H. Florianová-Miškovská v úvodu knihy *Cristannus de Prachaticz. De sanguinis minucione*. Pragae: Oikoymenh, 1999, s. XVI. ISBN 80-86005-68-2.

81 *Isidori Hispalensis episcopi Etymologiarum sive Originum libri XX*. Ed. W. M. Lindsay. Oxford:

ventosa, ae, f. – lékařská baňka; s jejich pomocí nebo s pomocí pijavic se odstraňovala krev z malých žil⁸²

sanguisuga, ae, f. – pijavice; srov. sanguis, sanguinis, m. – krev + sugo, sugere, suxi, suctum – sát

De primo principali, scilicet quid sit flebotomia

Quantum ad primum, scilicet quid sit flebotomia, est dicendum, quod flebotomia non est aliud nisi artificialis venarum recta incisio pro sanguinis superflui aut corrupti moderata efusione. Et a medicis sic describitur: Flebotomia est evacuatio universalis corporis humani. Ly evacuatio ponitur hic pro genere, quia extendit se ad omnium humorum in corpore humano generatorum evacuationem, scilicet sanguinis, colere, flegmatis et melancholie. (...)

(*Cristannus de Prachaticz. De sanguinis minucione*. Ed. H. Florianová-Miškovská. Pragae: Oikoymenh, 1999, s. 4. ISBN 80-86005-68-2.)

Slovní zásoba

principale, is, n. – hlavní bod

artificialis, e – umělý, odborný

incisio, onis, f. – řez, říznutí

superfluus, a, um – nadbytečný

efusio = effusio, onis, f. – vylévání

ly – slovo, výraz

humor (umor), oris, m. – tekutina

colera (cholera), ae, f. – žluč

flegma (phlegma), atis, n. – hlen, sliz (slizovitá tekutina)

melancholia, ae, f. – černá žluč

E typographeo Clarendoniano, 1911. Liber IV/11. Řec. výrazy např.: LIDDELL, H. G. – SCOTT, R. *Greek-English Lexicon*. New York: Harper & Brothers, 1883, s. 1540 a 1682. Na tuto etymologii upozorňuje H. Florianová-Miškovská (*Cristannus de Prachaticz*, s. 112–113, pozn. 184).

82 Tamtéž, s. 11, pozn. 2.

De secundo principali, scilicet per quem, qualiter et quo modo debet fieri flebotomia.

Quantum ad secundum principale, scilicet per quem, qualiter vel quo modo debet fieri talis flebotomia, hic dicitur, quod fieri debet per minutorem in arte hac bene doctum et expertum, qui sciat cum flebotomo venam aperiendam secundum eius longitudinem et non secundum latitudinem caute tangere et apperire non cespitando nec venam totaliter perforando, et hoc ideo, ne arteriam aut nervum aut musculum, qui circa et subtus venis sunt, vulneret et offendant, quia ex tali vulneracione posset quandoque ipse minuens periculum non modicum incurrere vel subitam mortem.

(*Cristannus de Prachaticz. De sanguinis minucione.* Ed. H. Florianová-Miškovská. Praga: Oikoymenh, 1999, s. 10–12. ISBN 80-86005-68-2.)

Slovní zásoba

minutor, oris, m. – lékař, který pouští žilou
 flebotomus (phlebotomus), i, m. – skalpel (speciálně na pouštění žilou)
 cespito = caespito, are – klopýtnout, chybovat
 perforo, are, avi, atum – prorazit, zde: proříznout
 arteria, ae, f. – tepna
 nervus, i, m. – nerv, šlacha
 musculus, i, m. – sval
 subtus – vespod, zespod

De cognicione sanguisugarum

Quantum ad primum, eligantur sanguisuge de aqua clara, non de lutosa, que carent multa limositate, que in ventre tendunt aliquid ad colorem epatis et in dorso sunt virides habentes virgulas rubeas longas et graciles et parva capita. Et caveatur ab eis, que sunt nigre supra dorsum et precipue que habent maculas rubeas in ventre, quia tales sunt venenose.

(*Cristannus de Prachaticz. De sanguinis minucione.* Ed. H. Florianová-Miškovská. Praga: Oikoymenh, 1999, s. 96. ISBN 80-86005-68-2.)

Slovní zásoba

eligo, ere, legi, lectum – vybírat
 lutosus, a, um – zakalený, plný bahna, bláta
 limositas, atis, f. – bahnitost, zákal

epar (hepar), (h)epatis, n. – játra

dorsum, i, n. – záda

viridis, e – zelený

virgula, ae, f. – čára, pruh

macula, ae, f. – skvrna

venenosus, a, um – jedovatý

Zoologie

Hildegarda z Bingen (Hildegardis Bingensis, 1098–1179) byla německou vizionářkou, byla vzdělána v benediktinském klášteře v Disibodenbergu a později se stala jeho představenou; je zakladatelkou kláštera Rupertsberg u Bingen. Je autorkou rozsáhlé korespondence, ale také např. přírodovědných spisů.⁸³ Ukázku vybírám z šesté knihy jejího přírodovědného díla *Physica*, v níž se věnuje ornitologii.

Hildegarda z Bingen – *Physica, liber VI* – *De avibus*

Cap. 22 – O krkavci

Corvus plus calidus quam frigidus est et quasi in medio aeris volat. Et astutus est et audax et non timet atque hominem non multum fugit nec eum timet, sed voces hominis interdum imitatur, ita quod etiam faciliter cum eo loqueretur, et scientiam fere ad hoc haberet, nisi quod irrationale animal est. Et quia hominem cognoscit, ideo etiam multociens ea rapit, que homo apud se habet. Et caro eius homini ad comedendum contraria est. (...) quedam enim et naturam fere secundum mores latronum et furum et libidinosorum hominem et etiam aliorum vitiorum habet.(...)

(HILDEGARD VON BINDEN. *Physica*. Band 1. Hrsg. von R. Hildebrandt, T. Gloning. Berlin, New York: De Gruyter, 2010, VI/22, s. 304. ISBN 978-3-11-021589-2.)

Slovní zásoba

corvus, i, m. – krkavec; konkrétně se však termín užívá jak pro označení krkavce velkého (*C. corax*), tak i pro označení havrana polního (*C. frugilegus*)⁸⁴

astutus, a, um – vchytralý

multociens = multotiens – často

83 Vše VIDMANOVÁ, A. Hildegardis Bingensis. In SLS, s. 291–291.

84 Za věcné komentáře k ornitologii a symbolice v této kapitole děkuji Janě Fuksové, která připravila český překlad 6. knihy Hildegardina díla *Physica* pod názvem *Ptačí medicína* (vyšlo v nakladatelství Academia Praha 2013. ISBN 978-80-200-2302-5.).

rapio, ere, ui, tum – urvat, odvléct, ukradnout; krkavec a havran byli ve středověku považováni za nečisté, protože se často živili mrtvolami, zlodějské sklony jsou však ve skutečnosti typické spíše pro další zástupce čeledi krkavcovitých

Cap. 30 – O holubici

Columba plus frigida est quam calida et mane diei, id est primum ortum eius, quod temperate gelidum est, plus diligit quam calorem. Et simplex est et timida, et ideo cum multitudine volat, ut tanto minus ab aliis volucris ledatur. Et quoniam frigida est, facile esurit et cibus in ea ita non incalescit ut in alio alite, et idcirco cito esurit et plus quam alius ales sue magnitudinis comedit. Et caro eius non est firma, sed aliquantum arida, nec multum sucum homini tribuit et sano homini ad cibum non multum prodest, etiamsi ei non obest. Infirmum, qui in corpore defecit, comesta ledit.

(HILDEGARD VON BINDEN. *Physica*. Band 1. Hrsg. von R. Hildebrandt, T. Gloning. Berlin, New York: De Gruyter, 2010, VI/29, s. 306.)

Slovní zásoba

columba, ae, f. – holubice; simplex et timida – běžná epiteta spjatá s holubicí; holubice se objevuje rovněž v hagiografii, a to jako symbol světcovy ctnosti

temperate – uměřeně, mírně

gelidus, a, um – chladný, studený

calor, oris, m. – horko

volucris, is, f. (zřídka m.) – spec. pták, avšak obecně létavec, okřídlenec (např. u Ovidia včely); srov. adj. volucer, cris, cre – okřídlený, létavý, létající nebo volo, are, avi, atum – lézat

esurio, ire, ivi/ii, — – mít hlad

ales, alitis, m./f. – pták, okřídlenec; srov. adj. ales, itis – okřídlený nebo ala, ae, f. – křídlo

aridus, a, um – vysušený, suchý

sucus, i, m. – šťáva